

1. Angelus emittitur

Piae Cantiones 1582

Anonymus

Cantus 

Cant. 

2. Vim natura patitur,
Filius concipitur,
Virgo non corrumpitur,
Igitur &c.

3. Grex in nocte pascitur,
Cœli lumen funditur,
Laus in altis canitur,
Igitur &c.

4. Gaudium prædicatur,
Pax quoquæ promittitur
Bonis tamen traditur,
Igitur &c.

5. Novum sydus oritur,
Mortis umbra tollitur,
Mundi salus gignitur,
Igitur &c.

6. Diligendus proditur,
Nil culpandus moritur,
Non vincendus capitur,
Igitur &c.

7. Cruci vita figitur,
Infernus destruitur,
Captivitas tollitur,
Igitur &c.

8. Adam nexu solvitur,
Mors orco deprimitur,
Caput hostis teritur,
Igitur &c.

9. Argumentis igitur,
In his Christus sistitur,
Morti sic excluditur,
Igitur &c.